

164 DE CURAN. VULNER.

cidisse. Quare qui complexiones calidas, & siccias habent, habitudines extenuatas, materiam morbi adustiorem; ij cavere ab eo potu debent: securius accipient, qui crassi sunt, & humidi, & quibus materia morbi segnior est, & multi lenoris, & in locis remotis; in iis enim non inutile erit addere, quod exportet virtutem ligni, & quod subtiliet etiam.

DE CURANDO MORBO
Gallico cum decocto rubi
parillæ.

CAP. XII.

Medicamentum hoc confert maximè ad morbum gallicum, & hydrozem, quartanas fluxiones, atque stranguriam, podagram, & alios morbos, dummodo debitè applicare quis illud sciat, & ut convenit, decoquere. Vulgo siquidem errant graviter, qui hujus medicamenti ʒ iij. in aquæ tribus libris decoquunt, ad duarum partium consumptionem, alii ʒ ij. rubi decoquere jubent in aquæ libris duabus, ad medietatis consumptionem, alij ʒ iiiij. in aquæ tribus libris elixant ad duarum assumptionem, de qua decoctione manè & serò propinant: deinde verò fæculentam illam materiam iterum coquunt in aqua pro potu communi, dum prandent

dent ac cœnant. in quibus omnibus etiam , meo judicio , aut non satis adver- tunt , quid fieri debeat , medici sola tra- ditione contenti : qui si considerassent , secus multo facerent , nolentes tempe- ramento harum radicum & decoctione prudenter ægris officere. Offendi equi- dem aliquando 3 vj. hujus rubi in tri- bus aquæ libris decoqui , ad duarum consumptiōnem , & proportione com- muni superstitem materiam iterum co- qui in libris quinque aquæ , ad duarum itidem consumptiōnem. qua ratione , atque alijs , de quibus dudum diximus , quamquam ægri à morbo gallico libera- rentur , acquirunt tamen hepatis & re- num distemperantiam præcalidam , faci- leque in morbum revertuntur ea causa ; est enim rubus calidi & sicci tempera- menti , prope tertium gradum ; quæ cùm coquatur in tam parua aquæ quan- titate , & tanto tempore cooperta olla , ac tanto pondere , multo magis calcit ; ac perinde non conductit ad ejus morbi melancholici jam facti medicationem . quòd si (ut dicemus) decoquatur in mi- nori , scilicet dosi , & aquæ majori quan- titate , ac minori tempore. poterunt de- cocto uti tam manè , quàm vesperi ; tum jacentes , tum ambulantes , sine sudore , & sudantes , tempore frigido , & calido ,

dum-

166 DE CURAN. VULNER.

dummodo à reliquis potibus abstineant, & eo solo inter prandendum, & cœnandum sint contenti. adde etiam, hac decoquendi rubi ratione futurum facile, ut unica sola libra currentur ægri, quantumvis cunctis membris sint resoluti, scilicet minori sumptu, absque biscocti panis usu, & absque tam tenui victu, quām tenuis est is quo alij utuntur. In primis itaque præparato corpore, syrupo ex fumoterræ, & melle rosaceo, cum aqua fumiterraæ, aut cum alijs syrupis pro morbi conditione: deinde purgabitur cum pilulis de nitro Alexandri, de hermodactylis, aut arthreticis, aut fœtidis, aut aggregativis, aut fumiterraæ, aut aureis, si scabie quoque laboraverint. Secundo sumet apozema descriptum cap. superiori, & purgabitur secundo etiam his absolutis, incipiet bibere decoctum rubi vitagineæ, aliæ falsæ parillæ præparatum.

R. Rubi parillæ 3 iij.

sextæ ad hunc modum minutim, ac deinde contusæ senæ 3 ii.

aqua 18 xij. in vase mundo, in quo macerentur per viginti quatuor horas: post ea verò lento igne coquantur, usque ad trium librarum aquæ consumptionem, aut eo amplius. quo tempore hermodactylorum tritorum ac subafforum in eodem decocto 3 i.

ad-

addas
coop
mota
netur
si sitis
pore
volue
efficei
plena
nis,
duaru
adde
hunc
etam
assequ
come
gallin
dictat

Sal
smilac
lingua
referat
laces
didit e
mat, n
ebuli i
nec un
conspic

addas, ac simul cum alijs permisceas, cooperta olla; finanturque ab igne semota refrigere, & hujus colatura propinetur in prandio & cæna ad libitum, ac si sitis infestaverit, reliquo etiam tempore, modica tamen quantitate. ubi volueris potionem paulo efficaciorem efficere, coque iterum in olla aqua plena fæcem illam primæ decoctionis, quæ mansit post colaturam, ad duarum librarum consumptionem, & adde reliqua ut dictum est. fientque ad hunc modum reliqua decocta ad perfectam usque curationem; quam utique assequetur æger viginti dierum spatio, comedens vervecis carnem elixam aut gallinam, cœnas passulas, & bibens prædictam decoctionem.

ANNOTATIO.

Salsa parilla à similitudine, quam cum smilace aspera habet, ab Hispanis propria lingua vocata est; & cum iisdem sit viribus, referatque smilacis naturam, facile inter smilaces illam posuerim. Matthiolus ebuli credidit esse radices: tamen non constanter affirmat, nec est affirmandum, cum longè sit crassior ebuli radix, ut apud Dioscoridem videre est, nec unquam ad nos tantæ crassitudinis delata conspicitur. Hujus radicis tam frequens est usus,

usus, tam recepta medicina, ut aquam haradice decoctam non secus apud Hispanos invenias, quam quae glycyrrhiza coquitur. Et jam persuasum est, non in lue hac gallica valere tantum, sed etiam egregie omnem, qui à materia pendet frigida, affectum sanare. Advehitur ex nova vocata Hispania: quamquam hæc jam repudietur, alia meliori inventa, in eodem regionis tractu (Honduras vocant;) nam & crassior est hæc minusque pallet, sed flavescens magis, magis etiam intus candidat. Probatur quæ recens est, non cariosa; quæque manu fracta, friabilis non sit. Auctor noster circa tertium gradum hanc radicem calidam statuit; Monardus, qui copiose de hac scripsit, ad secundum gradum tantam: quæ quidem sententia apud me est potior; etenim gustata nulla sentitur acrimonia, nec decocta ullum talem saporem reddit. Coquendi modus ab auctore traditur, quo loco merito tantos in radice fervores damnat, cum radix igne torreatur, & extraneo calore calefaciat magis; sic ut hepatici, & renibus officiat. Sunt & aliæ rationes, cur servare tantopere non solum hæc; verum aliæ etiam non debeant: petendæ ab iis qui de compositione medicamentorum scripsere, Montano, Rondelletio, Montio, Busdorpio. Nos enim satis fecisse videbimus, si loca monstraverimus, unde copiosior sit petenda cognitio.

DE CURATIONE

distorti pedis pueri à nativitate
claudi.

SÆpe accidit, ut infans nascatur aut altero, aut utroque pede distorto, aut incurvo, aut repando, ita ut ægrè admodum possit incedere. Eaque de causa hoc loco volui methodum tradere, qua plurimos valde claudos liberavi, inter quos exstitit unus curatu difficultimus, Llerenæ incola: sed tamen dicenda industria tandem sanitati fuit restitutus. Imprimis ergo utatur puer debita victus institutione, laventurque pedes per triginta dies blanda manu cum subjuncta decoctione.

Rx. Radicum altheæ ℥ j.

seminis fœnigræci, seminis lini ana 3 iiiij.
florum chamæmeli, & meliloti ana m. j.
capat & pedes vervecis unà cum lana
& cute aliquantulum contusa. deinde bul-
liant in aqua sufficienti ad separationem
ossium; & postea colatura facta, fiat bal-
neum ad solem meridianum, & verno
tempore; quoniam hyeme non condu-
cit, ne frigore lædantur nervosæ par-
tes atque articuli: ubi verò peracta fue-
rit lotio, quæ tamdiu durabit, quamdiu
in calore persistiterit, detergendus est ma-

H dor